

171.

Burggraf Albrecht der Aeltere von Leisnig eiget den Augustinern in Grimma das von diesen dem Günther von Beiersdorf abgekaufte Holz Linlberg bei Beiersdorf. 1308 März 12.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1825. Das stark beschädigte S. des Burggrafen an Pergamentstreifen.

5

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Ne evanescant —. *Innotescat^{a)} igitur vitam agentibus et sciant posteri, quod nos Albero^{b)} burgravius de Litznik cum voluntate nostrorum filiorum Alberonis^{b)} et M[einheri] et aliorum et consensu appropriamus silvam Linlberg sitam iuxta Beyrzdorf clauastro heremitarum fratrum ordinis sancti Augustini in Grymis, quam sibi suis denariis contra Guntherum de Beyrzdorf civem 10 eiusdem civitatis compararunt, perpetue possidendam. Ut igitur nostra concessio firma maneat et inconvulsa, presens scriptum dedimus nostri sigilli munimine roboratum. Testes huius facti sunt Albertus plebanus de Dewin, Henricus noster capellanus, Syfri[du]s de Grunowe, Werherus^{c)} de Linbach, Henricus de Damis magister civium in Grimmis, Conradus de Burk ac eius frater Ty[tzko], Henricus^{d)} Rane et Henricus eius sororius et 15 Heberhardus^{e)} de Nymmut et alii plures fide digni. Datum anno domini m^oc^oc^oc^oviii^o in die beati Gregorii.

172.

Prior und Convent des Augustinerklosters urkunden, daß das Jungfrauenkloster bei Grimma (Nimbchen) für das demselben von einem Bürger in Breslau (Heinrich) übergebene Vermächtniß 20 von 4 Talenten Wachs die jährlichen Zinsen von 2 Mark Freiburger Silbers ordnungsmäßig an sie entrichtet habe. 1308 Juli 6.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1832. Die beiden SS. des Priors (beschädigt, Taf. I, 6) und des Convents (Taf. I, 5) an Pergamentstreifen.

Gedr.: Husche Magazin 7, 286 f.

Ann.: Vergl. No. 163.

25

Cum inter plurima humane condicionis infirma —. Hinc est quod nos frater Lau[rentius] prior totusque conventus fratrum heremitarum ordinis sancti Augustini in Grimmis recognoscimus —, quod religiose et honeste vite domine dicte de Trono dei circa Grimmis residenciam continentes nobis pro quodam testamento scilicet mii talentis 30 cere ab uno cive in Wratislavia nobis ad ipsas delegato annualis census duas marcas Vribergensis argenti nobis pro tanto annuali censu nostro conventui comparando persolverunt. Acta sunt hec anno domini m^occ^occ^oviii^o in octava beatorum apostolorum Petri et Pauli. In cuius rei testimonium presentem cartulam nostrorum sigillorum munimine duximus roborandam.

35

171. a) Innotescant. b) Albi. c) Werh. d) hier. e) hēbi.